



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xvj. De Decimis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Non tamen ita plena immunitate perfruatur, quin & ipse interdū aliquid oneris ferre cogantur: nam & à murorum custodijs magna imminente necessitate excusationem non habent<sup>a</sup>, & onus procurationis, quæ prælato visitanti persoluitur, effugere non possunt: quæ de re supra à nobis, quātum ad rem necessarium esse duximus, tractatum est<sup>b</sup>. Item si quis ab initio cum Ecclesiam fundaret, vel suis opibus locupletaret, ut eius patrociniū nancisceretur, aliquos sibi redditus Episcopo annuente ab Ecclesia illa referuarit, non licebit illi Ecclesie hoc oneris detrectare<sup>c</sup>. Quod non minū procedit, si res ali-

<sup>b</sup> sup. tit. de procurat.

<sup>c</sup> præterea quoniam de iure patro.

<sup>d</sup> c. quanto. de censi. c. procuraciones. de censib. q. 1. c. si quis laicus. gl. de. 1. ucr. solita. de censib.

quod onus habens annexum à laicis ad Ecclesiam trāsferatur: onus enim suum rem sequetur, & Ecclesiam quoque tenebit<sup>d</sup>. Decimarum quoq; Romano Pontifici soluendarum onus Ecclesiam interdū adstringit, sed frequentius ipsi Ecclesie à laicis decimæ soluuntur: de qua re mox subijciemus.

### DE DECIMIS, TITVLVS XVI.

Decimas à Populo sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas, diuina sanxit auctoritas<sup>e</sup>. His enim verbis præceptum diuinum emanauit, Decimas primitias non tardabis

<sup>e</sup> c. decimas. 16. q. 1.

A offerre<sup>f</sup>.

Sunt enim Decimæ egentium animarum tributa, quas si quis dederit, non solum vbertatem fructuum recipiet, sed etiam corporis ac animæ salutem consequetur<sup>g</sup>.

f Exod. 22.

g c. decim. 16.

q. 1.

Et Decimæ, vel prædiorum, quæ aliquis possidet, ratione debentur: vel propter lucra ex hominis industria & opera quæ sita. Et hæc Personales decimæ appellantur, illæ Prædiales.

Soluuntur autem decimæ de fructu omni prædiorum, de fœno, lana: de proventibus molendinorum, etiam eorum quæ vêtoto impelluntur: de Piscinis, apibus<sup>h</sup>, vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, de militia, de negotiatione, & de omnibus denique bonis.

<sup>h</sup> c. proueniunt. c. nunt. eod. tit.

Et ad eas soluendas censura etiam Ecclesiastica cōpelli quis potest<sup>i</sup>: idq; simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij<sup>k</sup>.

<sup>i</sup> c. non est. c. seq. c. ex parte.

<sup>k</sup> c. de dispensatione. de iudic.

Hoc autem differunt decimæ prædiorum à Personalibus, quòd in Decimis Prædialibus soluedis nullæ deducuntur expensæ<sup>l</sup>: nam neque semen, neque sumptus colendo agro facti ante decimas capi possunt<sup>m</sup>, nec impensæ pro reparanda re factæ ex fructibus, vel pensionibus, detrahuntur, veluti expensæ domui, aut molendino, aut similibus reficiendis, vel farciendis. Item si sumptu melior factus sit

<sup>l</sup> c. ex parte. et c. non est. in fin.

<sup>m</sup> c. tua nobis.

ager, vel vinea, si grex substitutione in caput demortuorum loco facta seruatus sit, vel autus. His, inquam, erogata modis decimas haudquaquam im-

*a. c. pastoralis.*

*b. c. cum homines.*

*e. gl. d. c. pastoralis. gl. d. c. ad Apostolicam. uer. per sonales. d. c. ad Apostolicam.*

*f. c. cum contingat. colu. 2, in p.*

*f. d. c. ad Apostolicam. Ab. d. c. cum contingat.*

*g. c. quamuis. c. prohibemus. de decimis. c. eadem. ubi Doctor. de praescriptis.*

minuentur. Nec famulis, aut mercenarijs mercedes debitae ante exolutas decimas persolui debent, sed decima fructibus lectis confestim reddenda est. Quae uero ex rebus opera industriaeque nostra, puta ex negotiatione, partis, debentur decimae, non, nisi detractis expensis, aestimandae sunt.

Personales Decimae ad illam parochiam spectant, quae diuina sacramenta ministrat. Quod si duae parochiae inter se certent, quia altera Baptismatis sacramentum conferat, altera autem caetera sacramenta omnia, illa potior habebitur, quae baptizat. Praediales uero decimae ad illam parochiam deferri debent, sub qua praedia existunt. Quod si ea praedia e celeberritate & frequentia hominum & Ecclesiarum ita remota sint, ut nulli Ecclesiae subesse dici possint, Episcopo decimae soluentur, consuetudinis tamen, si qua ibi fuerit, non negligetur autoritas.

Laicus certe incapax decimarum censetur.

Decimarum quoque solutio prius facienda est, quam census, vel tributum. Quod si censum, aut tributorum solutio decimas

praeceperit, ab ipsis quoque tributis, & censibus, decima deductur. Ecclesiae quoque ipsae interdum ad decimas Rom. Pontifici soluendas compelluntur, si pro uniuersalis Ecclesiae usus sit necessarium: quo casu si quis dubitet, de quibus rebus solui debeant, diffuse hoc declarauit Bonifacius VIII. sua Constitutione, & nonnulla quae addidit Clemens V. ut ex amborum Constitutionibus uobis patere potest.

*b. c. cum non sit in homine.*

*i. in ext. com. c. 101.*

*lc. de 2. ubi gl.*

QUANDO, ET QUIBUS solennitatibus res Ecclesiae alienari possunt,

TITVLVS XVII.

Quamuis leges Pontificiae curent, ne clericis facultates idoneae ab Ecclesia desint, & propterea illis praebendas suggerant, ea tamen bona clericorum ipsorum in dominio censi nemo existimet, vel quod illis possint suo arbitrio uti, & in quoscunque usus transferre: nam praeterquam, quod supra docuimus, quibusnam uisibus sint illae facultates destinatae, praeterea etiam cauendum est, ne alienentur, ne patrimonium Petri prodiga Praelatorum, & clericorum libidine exhauriantur: quo facto inestimabile damnum Ecclesiae inueheretur, si opes deinde non suppeterent, quibus subleuari possent, qui ministerijs diuinis omnem operam